

VITA S. GREGORI
VLTRAIE-
CTENSIS ANTI-
STITIS ET ABBATIS.
DISCIPULI S. BONIFACII, MAGI-
STRIS LVDGERI

AB IPSO B. LVDGERO CONSCRIPTA.
NUNC PRIMVM EX ANTIQVIS MEMBRANIS EC-
clesiae Fuldensis ad Ecclesiasticam Historiam illustrandam
publicè exposita:

OPERA ET STUDIO
R. P. CHRISTOPHORI BROWERI
Societatis IESV presbyteri.



Cum Gratia & Privilegio Sacr. Cæsar. Maiest.

MOGVNTIA,

Ex officina Typographica IOANNIS ALBINI.
M. DC. XVI.

T 2 C V C E L I

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A

2 1 A



REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

D. IOANNI
SCHVVICARDO,
SANCTÆ SEDIS MOGVNTIACENSIS METROPOLITANO,
SACRI ROMANI IMPERII PER GERMANIAM ARCHICANCELLARIO
PRINCIPI ELECTORI ET PATRONO BENEMERENTISSIMO.

NVTA de S. Bonifacio, tum veteris, tum recentis memoria Scriptores eruditii, libris, publicisq; litterarum monumentis tradidere; quiq; unus complexus ita sit omnia, ut e segete ad spicilegium, stipulam non reliquerit, inuentum, Illustrissime Princeps, puto neminem. Nam siue Sanctorum Cœlum virtuti oratio par inueniri non potest, siue obliuione eorum memoria diu sepulta, & Dei beneficio è tenebris non raro clariorem in lucem emergit, præclaros quotidie cernimus ingeniorum labores, & amissos recuperari, & obscuratos, meliore in lumine, ceu tabulas præclare pictas, ad usum iuxta, ac delectationem, exponi. In his S. Ludgeri Commentarius, quem,

DEDICATIO.

raro officij studio, laudato pietatis obsequio, de Frace-
ptore suo S. Gregorio Traiectensi, & huius Magistro
& educatore S. Bonifacio praece bonus elaborauit, ar-
bitrij fecerim, esse aliorum, an censeri queat. Mihi in-
terim cogitanti, cui hoc nobile par Sacerdotum, quod,
S. Ludgeri stylo huc usq; vitam retinuit, honoris cau-
sa commendarem, ante primos, in primis occurriti
Reuerend^m & Illustri^m Princeps Elector; non ut hac
qualiacunq; rudia, forte & inculta, in acceptorum
paginam referres, sed, ut à S. Ludgero T. C. oblata, te-
stimonium dicerent, multiplicis beneficentie, & libe-
ralitatis iam pridem in Societatem nostram collocatae.
Quo igitur habitu animi nauigantes excipiunt, ge-
mellum sidus turbante mari, hoc velim, Diuos hosce
geminos, Illustri^m Septemvir, ad te venientes, hac pa-
rum amica Sanctis tempestate, benigne suscipias. Pro-
mitto, sponsore S. Ludgero, non oneri, sed ornamento;
bono publico quoque ad mores & vitam, utiles gra-
tosq; fore. Fulda anno MDCXIV. XXIV. August.

Celsitudin. Vestræ
humillimè deuotus
Christophorus Brovverus.

SAN-

SANCTVS LVLLVSEPIST.

XLV. INTER S. BONIFA-
CII EPIST.

 LARÆ Christi Ecclesiæ lampadi luciferę, meoq; in doctrina diuinæ legis deuotissimo adiutori Gregorio: duplii presbyteratus Abbatisque honore, cum præcedente proprietum meritorum suffragio, decorato, Lullus extremus orthodoxæ matris, videlicet Ecclesiæ alumnus, immarcescibilis caritatis, in angulari lapide virtusq; testamenti salutiferam salutem.

VITA S. LVDGERI EDITA

C. VI. T. II. Surj. XXVI. Martii.

Gregorius discipulus, simulq; successor S. Martiris Bonifacij, Traiectinæ sedi in gradu presbyter præsidebat.

EIVSDEM VITA

M. S. FVLD. C. IV.

Lvtgerum parentes commendauerunt cuidam Gregorio, grandium meritorum viro, qui, &c. Traiectensi sedi presbyter, Episcopivice, præerat.

CAP. V. IBIDE M.

& in edita cap. VII.

ABBAS GREGORIVS

Prologo vita S. Svviberti Marcellino adscripta

Gregorius Episcopus Traiectensis, & Frisoniæ gentis prædicator eximius.

HVC BALDVS IN S. LEBVINO,

Tom. V. Surij, XII.

Nouembris.

Lebuinus, Traiecti reperit venerabilem virum, nomine Gregoriūn, ex nobili Francorum sanguine procreatū; à B. Bonifacio Archiepiscopo olim à pueritia enutritum, gradu Ecclesiastico presbyterum; sed tunc, pro tempore, Episcopalis officii in eodem castro vel etiam Parochia Vicarium.

TRITHEMI VS de Viris Illustribus,

Lib. III. Cap. CCLXXXIV.

Gregorius ex Abate Traiectensis Cœnobij, Episcopus ibidem, vir sanctissimæ conuersationis, doctor & prædicator egregius, multos sua doctrina populos conuertit ad Christum: Cuius virtutum insigne cum laude prædicatur: eius festū agitur. 12. Kalend. Ianuarii.

GERARDVS NOVIOMAG.

Catalogo Episcop. Ultraiectensium.

Gregorius à Bonifacio sanctissimo Præsule (qui & Maguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus fuerat) Ultraiectino populo in Episcopum ordinatus, quæ in opere Euangelico D. V Villibrordus & Bonifacius incepérant, impigrè perfecit: & plenus bonis operibus diem extremum clausit. Ultraiecti, in templo, quod Iesu Saluatori sacrum est, sepultus.

HADRIA.

HADRIANVS BARLANDVS,
Catalogo eorundem.

Eccllesia sic à VVillibrordo & Bonifacio, viris
laudatissimis instituta, postea Gregorium ha-
buit Antistitem.

MARTYROLOGIVM I. MOLANI.
XXV. Augusti.

S. Gregorij Episcopi Traiectensis, atque Con-
fessoris; qui fuit instructor S. Ludgeri, Epi-
scopi Monasteriensis.

MOLANVS IBIDEM.

Gregorij Episcopi vita Ultraiecti ad sanctum
Saluatorem, vbi quiescit, habetur scripta per
discipulum, qui in prologo vocat Gregorium, Ab-
batem & Praeceptorem suum ab infantia. Hunc
auteniesse S. Ludgerum Episcopum, ipsius vita lo-
quitur. Cap. xxxi. vbi hæc verba recitantur. Com-
posuit & libellum de vita suorum quondam do-
ctorum, venerabilium æque Sacerdotum, Grego-
rij & Albrici; in quo vel ingenij eius acumen, vel
eloquij splendor elucet.

LAMBERTVS HORTENSIVS
rerum Ultraiect. Lib. I.

Tanta erat Collegij S. Crucis obintegritatis ac
sanctimoniaz apud exterorū populos existima-
tionem celebritas; vt non solum inde nostræ Ec-
clesiæ

clesiæ Episcopi renunciarentur, sed finitimæ etiam
hinc exirent, à quibus res administrarentur. Boni-
facius ordine secundus, & Gregorius in Ca-
talogo tertius ad Moguntinensem re-
gendam lecti fue-
runt.



COM-



COMMEMORATIO DE SANCTO BONIFACIO ATQUE GREGORIO.



ACRARVM Scripturarum præceptis mone-
mur ut diligamus Dominum ex toto corde, di-
ligamus & proximum tanquam nos ipsos, & vt
illos proximos nostros veraciter arbitremur,
qui spiritualibus magis intenti sunt, quam car-
nali bus, atque ad eorum se promissa, vsque in-
diem nouissimum, pii operibus præparare non
cessant. Quos non carnalis generatio extollit
inaniter sed spiritualis regeneratio fructificare facit & proficere. Ca-
ritas ista, quamvis omnibus domesticis Catholicæ fidei, quæ per
dilectionem operatur, maximè tamen sanctis Patribus & Præposi-
tis nostris exhibenda est, sicut Sanctus Apostolus adhortatur di-
cens: *Rogo vos fratres ut noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt positivis*
vobis in Domino & monent vos, ut habeatis illos abundantius in caritate quantum
propter opus illorum; pacem habete cum eis. Quæ est ista notitia, qua
Præpositos nostros plus cæteris nosse præcipimur, nisi vt eis & vi-
uentibus debitum honorem, & obsequium sincera intentione im-
pendamus; & eorum pia & profutura exempla post obitum illorum
non solum à memoria nostra nunquam recedant, sed ea etiam ad a-
liorum ædificationem indesinenter sermonibus repetere & dilata-
re non cessemus? quatenus id veraciter fieri valeat, quod idem A-
postolus alio loco de ipsis spiritualibus patribus nostris hortatur &
dicit: *Quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem;* vt qui *Hebr c 13.*
in præsenti mortalitate vestigia illorum & exempla & mente reti-
nemus & actu, in futura immortalitate, secundum Euangeliū di-
ctum, *gaudium Domini nostri simul cum eis mereamur intrare.* Ad il- *Matth. c.*
lud peruenientes, dum largiente gratuita gratia Christi intraueri- *25.*
mus felicitatem perennem, nemo tollet à nobis in sempiternum:
quoniam ad illud in initio, pio conditoris proposito conditi sumus,
& post lapsum primi hominis in mortem, Redemptoris nostri mi-

DE S A N C T O

sericordi visitatione ad idem reuocati, ad quod peruenturi in die nouissimæ necessitatis, si certissima spe in diebus mortalitatis huius, & hortamenta sequimur spiritualium Patrum: & semper nobis maxim a gaudendi causa sit ipse D E V s. Igitur quoniam ut dixi clarè testimonijs sanctæ scripturæ, spiritualibus Patribus honorem meritò impendendum, & post præcepta Dominica eorum iussis nihil præferendum, paucis iam aperire curabo, ob cuius reuerentiam & dignam memoriam, hanc præfatiunculam præmiserim, pauca de innumeris benefactis eius donante gratia C H R I S T I & meritis ipsius suffragantibus scribere incipiens.

*Gregorius
Abbas, &
Præceptor
S. Ludgeri.* Est enim mihi sermo iste de Domno Gregorio Abate, & Præceptore meo ab infantia: qui de nobili stirpe Francorum progenitus, nobilitate morum & sapientiae documentis, nobilitatem seculi ornauit ac superauit. Quam vtique spiritualem nobilitatem & prudentiam affecutus est à S. Martyre Bonifacio Archiepiscopo & Magistro suo; qui in diebus nobilissimi Principis Francorum Regis Karli de Britannia & gente Anglorum clarissimum quoddam Sidus Franciam veniens, sub regibus Karlmanno & Pippino eiusdem Regis Karli gloriosissimis filijs, quasi sol rutilans in sanctitate, expandit radios virtutis suæ & prædicationis, omniaque prope regna, viuens in corpore, largissimis dapibus doctrinæ suæ reficiens, & fide meliorauit & vitâ. Atque post transitum suum de hoc mundo per sanctum Martrium, eadem Francorum regna perelecta grana discipulorum suorum, in exemplum Dominici seminis fructificare fecit, & proficere usque in hodiernum diem. Inter quos B. Gregorius columna Ecclesiæ Dei inuentus est: qui in diebus religiosissimi Regis Pippini succedens Magistro, genti Fresonum missus est Præparator; cui Magistro, & Bonifacio Martyri, B. Gregorius hoc modo adhærere cœpit & discipulatum eius subire.

*S. Bonifacii
tres statio-
nes in Fre-
sia vel Ba-
tanis.* Cum ipse Elecitus Dei Bonifacius Martyr post tredecim annos, peractæ in Fresonia prædicationis, quibus in Australi parte Laci Almari, pauper Euangelicus, & propemodum solitarius sanctam sessionem suam tribus in locis peregisset, quorum vocabula locorum sunt hæc. Primus vocatur Wyrd, in ripa fluuij Rheni, vbi septem annis habitauit. Secundus vocatur Attingohem iuxta amnem Fehta, vbi habitauit annis tribus: quo in loco pri-
mum cœpit habere discipulum nomine Gembertum. Tertius lo-
cus appellatur Felisa, qui propior erat gentilibus & paganis, vbi tribus similiter annis mansit. Post hos inquam tredecim an-

nos, dñe

1. Wyrd.

*2. Attingo-
hem.*

3. Gembertus.

4. Felisa.

nos, dum admonitus à DEO ad Hassos & Thuringeos orientales S. Bonifacius
 regiones Francorum iter agere cæpisset lucrandonorum DEO po-
 pulorum causâ, peruenit ad Palatiolum Monasterium virginum
 prope Treueris ciuitatem, in ripa fluminis Mosellæ, cui tunc præ-
 erat Abbatissa nomine Addula religiosa valde & timens DEVM.
 Quæ, cum vidisset Athletam DEI peregrinum & egentem, gratu-
 labunda suscepit eum in hospitium suum, implens Dominicam
 adhortationem. *Hospes eram & collegisti me.* Cumque ille sacer-
 sanctus Viator Bonifacius secundum solitum morem suum Missa-
 rum mysteria peregisset, vt propemodum omni die agere consue-
 uit, sederunt ad mensam ipse scilicet & Ancilla Dei Addula Abba-
 tissa cum familia sua. Cæperunt autem ad ipsum sanctum conuiui-
 um plus quam epulas, solatium sanctæ scripturæ expetere, quo sie-
 ret fides audientium accensa, spesque & charitas renouata in
 DEVM, qui vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis
 venire. Tunc quæsusit est Lector: & iuxta Dei voluntatem, in-
 uentus est electus puer Gregorius, qui per idem tempus nuper à
 schola & Palatio reuersus, sub laico adhuc habitu, quasi quartum
 decimum, aut decimum quintum agens ætatis annum, DEI instin-
 etu venit ad auiam suam, id est, ad matrem patris sui Albrici su-
 pradicatam Abbatissam DEVM timentem Addulam; datusque est
 ei liber, qui acceptâ benedictione, cæpit legere, & iuxta modum
 ætatis suæ bene perlegere. Intelligens verò Magister sagacem men-
 tem pueri bonamque indolem, cæpit eum consummatâ lectione,
 his verbis moderatè laudare & dicere. Benè legis fili, si in-
 telligis quæ legis. Ipse autem adhuc temporis sapiens ut paru-
 lus, & loquens ut parvulus, se scire professus est, quæ legebat. Dic
 mihi, inquit, quomodo intelligis quæ legis? Ipse verò repe-
 bat ab exordio lectionem suam volens legere sicut prius. Præce-
 ptor autem sanctus distulit eum paululum; & dixit. Non ita, Fili,
 quæro ut dicas mihi lectionem tuam, sed secundum proprietatem
 linguae tuæ, & secundum naturalem parentum tuorum loquelas,
 edissere mihi, quæ legis. Hac ille ratione conuictus, confessus est,
 quia non posset facere. Sanctus vero ait Bonifacius. Vis, fili, vt
 ego tibi dicam? Volo, inquit. Tunc B. Bonifacius; Repete, ait, ab
 exordio lectionem tuam; & discretè lege. Quod dum ficeret, exor-
 sus est sanctus Magister, & clara voce cæpit prædicare, & Matri &
 omni familie. Quæ prædicatio ex quo fonte processerit, claret in
 conuersione Gregorij ingeniosi pueri & sagacis, quia non ab huma-
 na facundia, quæ frequenter ad tēpus deludit, sed ex Spiritu sancti
 gratia, secundū promissum Euangelij in modum fluminis aquæ viue Ioan. 7.

cius venis-
in Treue-
ros.

Palatio-
lum Virgi-
num mo-
nasterium.

Addula
Abbatissa
S. Bonifacius
cipit hospi-
tio.

Matth 25.

S. Bonifacius
cius fere
quotidie
missam ce-
lebrat.

1 ad Ti-
moth c. 2.

Lectio suæ
per mensæ
B. Gregorij
educatio.

Legit in sua
S. Bonifacius
cij.

Interpre-
taris sube-
tur qua le-
git.

S. Bonifacius
rius inter-
pretem a-
git lingua.

Latine a-
git
pud. An-
brasios.

de ventre fluxit doctoris: & cor prudens ac docile pueri Gregorij, tata
 virtute & velocitate penetrauit, vt ad vnam incognitie atenus Ma-
 gistri exhortationem & prædicationem, obliuisceretur & paren-
 tum & patriæ, ipsaque hora, dum complexisset Magister sanctus præ-
 dicationem suam, nolens ab eo ultrâ disiungi, iuit ad auiam suam.
 prædictam Abbatissam venerabilem Addulam, dicens, se velle cum
 homine pergere, & ad discendos diuinos libros discipulatum eius
 subire. At ipsa, carnali affectu constricta, illico repulit eum, & omni-
 modis hoc fieri posse renuit; quia vtique non nosset hominem, neq;
 quo iret. Sed sicut scriptum est: *Aqua multa non potuerunt extingue-*
re caritatem; puer Gregorius in proposito suo permanxit & dixit ad
 Addulam auiam suam. Sinon vis mihi dare equum vt equitare pos-
 sim cum eo, pedibus ambulando absque dubio vadam cum illo. Sic
 ergo altercando de ignoto itinere diutius disceptabant ad inui-
 cem: sed tandem præualuit caritas electi pueri Gregorij, &, vt di-
 gnum erat; *Carnalem amore vicit dilectio spiritalis*. Vident ergò famu-
 la Dei Addula, quia prudens erat fæmina, animum inflexibilem
 pueri, dedit illi pueros & equos, & dimisit eum ire cum sancto Ma-
 gistro in opus quod compleuerunt simul, vsque ad sanctum Marty-
 rum eius. Intelligis, Lector, pius & prudens, quem secutus sit ele-
 ctus puer Gregorius, in hoc facto, vt in consultis parentibus, omni-
 busque propinquis, & ipsa, quæ præsens erat resistente auia tam
 subito mutaretur. Idem enim spiritus videtur mihi in hoc tunc o-
 perari puero, qui Apostolos Christi, & dispensatores mysteriorum
 Dei ad illud inflammavit, vt ad vnam vocem Domini, relictis reti-
 bus & patre sequerentur Redemptorem. Contemptis igitur paren-
 tibus & patriâ, omnibusque retrò relictis, quæ carnaliter blandiri
 poterant menti adolescentis, secundum Psalmistæ dictum B. puer
 Gregorius propter verba labiorum Dei secutus est vias duras. Durum
 namque erat, & valde asperum, vt qui in patris domo multum diu-
 tis in iocis & deliciis erat nutritus, vnum peregrinum & pauperem
 hominem sequeretur, nesciens quo iret; & in tantum ei obediret, vt
 omnes alios homines & potentes sæculi, & proprios parentes tan-
 quam surdus non audiret, dummodo illius præceptis obsecunda-
 retur in omnibus. Quanta enim auctoritas lucebat iam tunc in fu-
 turo Martyre Bonifacio, æstimare quis poterit, quæ cor pueri, tam
 subitâ immutatione incitauit? aut quis ardor caritatis ad obedien-
 dum ignoto Magistro mentem iuuenis inflammavit, vt subito obli-
 tus sui, secutus fit Christi pauperem, omnis mundanæ substantiæ
 inopem? Non hoc fecit amor auri & argenti, non cupidus prædio-
 rum & superba iactantia, quorum nihil erat in causa, sed hoc fecit
 artifex

Convictus
 sermone
 suo B. Gre-
 gorium a-
 dolescentem,
 ut trahit
 ad Apo-
 stolicam vi-
 tam.
 Addulam
 auiam B.
 Gregorius
 evincit.
 Cantic. 8.

B. Gregory
 vocatio
 qualis.

Psal. 16.

artifex summus, unus atque idem Spiritus Dei, qui omnia operatur in o- ^{1. Corinth.} *mniibus diuidens singulis prout vult.*

Tunc Electi Dei iter desideratum peragentes venerunt Thuringiam. Porro ad augmentum bonisui, & ad comprobandum mentis eorum constantiam & longanimitatem, in tanta paupertate inueniunt populum illum, ut vix ibi nullus haberet unde viueret nisi de longinquo parum quid colligeret, ut ad modicum tempus sustentaret penuriam suam. Nam tota illa regio in confinio paganorum rebellium posita, illo tempore, incensa erat, & hostili manu vastata; quæ tamen penuria nequaquam terrere poterat Ministros Christi, ut ob id subterfugerent, quo minus annuntiarent eis omne consilium Dei: sed iuxta exemplum Apostolicum, *caperunt laborare manibus suis, qua opus erant sibi, & eis, qui cum illis erant; atque cum illo populo in temptationibus suis firmiter permanere; & circumquaque prædicando, inuitare ad cælestia regna. In his ergo studiis persecutantes secundum formam primitiæ Ecclesiæ, erat eis cor unum &* ^{1. Corinth.} *animæ una; & augebat Deus quotidie multipli numero, qui saluierent in idipsum.*

Tunc fama sancti Magistri & futuri Martyris Bonifacij cœpit dilatari, per omnia orientalia regna Francorum. Cœpit quoque & Electus adolescens Gregorius in discipulatu eius proficere, ætate & sapientia; & in tantum amabilis fieri Magistro, ut quasi unicum filium eum diligeret: iam adiutorem fidelem illum habens in omni opere bono: Hic autem tantus prefectus Electorum Dei non est initiatus per opulentiam & mundanas delicias; neque per securitatem & prosperitatem vitæ mortalis; sed in fame, & nuditate, & labore multis. In quibus omnibus & opere manuum viuere cogebantur; & nonnunquam vicinam paganorum persecutionem obtutum mortis cum populo simul in ciuitatem fugere; ibique in atro pane & angustiis, per dies plures habitare, donec collectâ multitudine sua ciues, manu validiore eos iterum effugarent. Hoc ergo certamen, quoniam per inumeros vicos inter Paganos & Christianos gerebatur, idcirco hinc & inde magna pars regionum illarum redacta erat in solitudinem. In tam fortiautem, & periculosa in diebus illis decertatione, in tanta pugna, & perturbatione dimicantium populorum, Electus Pastor Bonifacius nunquam cessare potuit à custodia, & instructione gregis sui, verum tanto fuit constanter & parator pro ouibus suis animam suam ponere, quanto rabiem luporum frequentius vidit & atrocius imminere. Similiter & fidelis discipulus eius Gregorius adiutor infatigabilis in opere Dei cum Magistro permansit in custodia & educatione gregis Christi; factus secundus Pastor.

A 3 Eovf

^{12.}
S. Bonifacius
cum
S. Gregorio
venit in
Thuringia.

Thuringia
statua, ino-
pia & dis-
crimen.

^{1. Corinth.}
i. Corin-

thor.

Vita ap-
petas in
annuncia-
do Euau-
geliæ.

S. Bonifacij
pastoralis
cura apud
Thuringia
populus.

S. Grego-
rius esus
laborum
consori, &
secundus
Pastor.

Eo vsque autem hæc ita gerebantur, donec per gratiam CHRISTI triumpharet Christiana manus ; & pax plena DEI Ecclesiis redderetur. Et erant magis ac magis crescentes ac profici-
 entes in opere Domini, sicut in præsentiarum cernitur, considerantibus regiones illas. Sed quid nos miseri, pigri & inertes
 Querela 8.
 Ludgeri contra inertes Pasto-
 res.
 in pace Ecclesiæ DEI dicturi sumus, qui non gregis lucra, sed commoda nostra semper quærentes, vix vñquam in custodia ouium, contra rabiem luporum vel vnum latratum minimi sermonis emittimus ? qui, sicut dixi, in pace Ecclesiæ pigri sumus, & somnolenti in custodia gregis, in lucris verò carnalibus nimium strenui & peruigiles ? Isti autem, de quibus loquimur, in tanta perturbatione, & bellorum certamine, non solum in sui intima & casta custodia, mundis cordibus permanserunt, sed etiam in lucro gregis & discipulorum documentis, tanta benedictione DEI dilatati sunt, & propria yigilantia, per Dei adiutorium, multipli-
 cati.

Tunc priores & prudentiores Francorum, qui Electum DEI Martyrem Bonifacium, eiusque discipulos venerabilem Gregorium & socios eius, in tantâ virtute operum, & fortitudine constantiæ, nosse & intelligere potuerunt, cæperunt eis & sua offerre diligentius de die in diem, & laudem tantæ beatitudinis & unitatis, apud Regem Francorum seniorem Karlum, non celare. Cæpitque & ipse Rex virum DEI Bonifacium velle videre, iussisse que eum venire ad se. Qui cum venisset, non statim in initio honore sibi condigno receptus est à Rege, sed sic competenter dilatus, quia fuerant quidam Pseudodoctores & adulatores, qui famam sancti viri, & discipulorum eius obfuscare, & impedire conati sunt, apud Regem. Veruntamen ex illo die creuit amor & honor hominis DEI, & discipulorum eius, apud omnes, qui fidem illorum, & vitam scire, & inuestigare interius desiderabant ; & , iuxta dictum Euangelij, Iustificata est sapientia à filiis suis. Redierunt Electi DEI iterum ad sua, & in cæpto opere sine vlla hæsitatione permanentes in Thuringis & in Hassia, vbi tunc temporis maximè opus erat doctrinâ illorum, ob vicinitatem paganorum & indoctam plebem. Ibique cæperunt offerentibus, propter amorem DEI & salutem animarum suarum, modica loca, territoriaque, suscipere, & in eis Ecclesias construere, & in hoc quoque opere, sicut & in prædicatione sua, cum benedictione DEI, multum proficere; De quibus locis, est vñus in Thuringia, nomine Erpesford, & aliis in Hassia, Fideshlat cum cæteris nonnullis, quos initiauerunt Electi DEI, & excoluere cultu di-

S. Bonifacius
eius Caro-
lo Martel
lo fama
virtutis
innovescit.
Pseudodo-
ctores &
adulatores
Sancto ob-
stant.

Luc 7.

Thuringi-
ca & Haf-
sia mo-
sis.

Erpesford
nunc Er-
fortum
Thuringia
metropolis,
Fideshlat
ciuitas Has-
siae.

uino.

uino. Tunc creuerunt loca diuitijs, creuitque numerus discipulorum; ac virtute operum proficiebat. Creuit etiam beatus adolescēs Gregorius cum suo Magistro, in omni operum virtute, & de-
core sapientiæ diuinæ; secundum formam Magistri, à quo didi-
cerat. Et sic in his omnibus secundum Psalmistæ dictum,
qui Electis D E I legem dedit in virtute operum, dedit & benedi- Psalm. 83.
ctionem in multiplicatione & profectu discipulorum; & sic ibant de
virtute in virtutem cotidie in melius proficientes, & crescentes in
omni opere bono.

Interea, dum hæc ita geruntur ab Electis D E I Bonifacio, & disci-
pulis eius, successerunt in regno Patri Karlo religiosi filij Carlman-
nus & Pippinus patre debitum vniuersæ carnis persoluente, &
transiente de hoc mundo. Tunc pij filij patri succedentes in re-
gnum, quia eis vndique per gratiam Christi maior quies erat largita
bellorum, quam fuisset patri, cœperunt in regno suo, inspirante Deo
religionis officia intentius quærere, & meliorare. Cœpit & hoc au-
dire B. Bonifacius futurus Martyr & discipuli eius; cœperuntque
frequentius approximare Palatio quam fecissent, & loqui cum Re-
gibus, & prædicare secundum datam sibi à D E O gratiam populum
D E I in ipso Palatio. Et in tantam gratiam venerunt apud Reges
supradictos, & omnem populum Francorum, vt omnes vna vo-
ce dicarent, & concordarent B. Bonifacium dignissimum esse Epi-
scopatu & omni honore, exceptis illis pseudodoctoribus & adul-
toribus, quos superius dixi; qui, & eum interficere aliquando mo-
liti sunt; sed non dimisit cum Dominus protector eius venire in
maleuolas manus eorum, donec annuntiaret secundum dictum
Psalmistæ, brachium & potentiam Dei generationi qua ventura erat. Psalm. 70.

Igitur ipsi soli cœperunt contradicere, & eum blasphemare,
quantum potuerunt: atque affirmare, non esse eum di-
gnum Episcopatu, quod peregrinus erat. In tantum erant tunc sa-
nioris consilij Laici, quam Clerici, videntes sapientiam D E I &
gratiā esse in homine illo, vt quo amplius peruersissimi illi,
non dico Episcopi, quibus nomen, illud datum est immerti-
tò, cum vituperare conati sunt, tanto amplius diligeretur
ab omnibus, & laudibus efferretur, quoadusque in certamen
venirent coram Regibus, & coram vniuerso Senatu Populi Fran-
corum. Sed quid opus est dicere de illa disceptatione quam habuerunt tunc ad inuicem, illi scilicet peruersissimi, quos nominare nolo ex vna parte, & sanctus Bonifacius ex altera, cum discipulis suis Gregorio, & socijs eius; dum confusi, & refutati ab omni Senatu, & ab ipsis Regibus, inde disce-
derent

Carlman-
ni & Pipini
fælix pace
& religio-
ne regnum.

S. Bonifacij
apud eos
reges gra-
tia.

Aemulo-
rum inge-
nia.

Aemuli hi
Clerics &
Episcops.

S. Bonifacij
cum amu-
lis suis con-
greſio.

DE S A N C T O

8

*S. Bonifacius vii
Ebor. descriptio
gnatur ar-
chiepisco-
pus Magon-
tiae.*
*Quanta
Et per se,
Et per disci-
pulos, Ar-
ch. epi/co-
pm gesse-
rit.*

derent aduersarij; & S. Bonifacius futurus Martyr ad hoc perueniret ut absque vlliis contradictione, vna omnium voce, eligeretur in Episcopatus sublimissimum gradum, & Maguntia Metropolitana Ecclesia ei daretur à Regibus prouidenda & regenda. Ex eo die, quantum claruerit sapientia ipsius omni regno Francorum, quantasque Synodos cum religiosis Regibus ad correctionem populi postea instituisset, non in isto opusculo modo dicendum est, dum in modum solis effulserit in templo Dei ac prædicatione sua, & exemplis, omnes nebulas effugari infidelitatis & hæreticæ prauitatis, quoniam & ista omnia in libello de passione ipsius scripto, plenè & lucide manifestantur.

*Discipulo-
rum enu-
meratio*

S. Gregorius Traiectus, Dorfstad, di et Fresonum, apud flumen Lagbecum, flumen an Lecca.
*Lullus Maguntia Ar-
chiepisco-
pus*
Megingodius
VVirzeburgs, Francia orientalis, Pastor
*VWillibaldus Episco-
pus Hahstedi, et Nordgœ*
*VVinnibal dus presby-
ter*
Sturmi, Fuldensis Abbas
*Bocanna filia etri mona-
chorum*
S. Bonifacij sepulchrus.

Ad hæc autem vniuersa, non modicè adiutus est ab Electis discipulis suis, post Magistrum clarissimis præparatoribus, & columnis Ecclesiæ Dei: quorum vnuquisque ciuitatem & regionem suam, sicut Lucifer manè oriens, illuminauit exemplis, & doctrinâ sua. B. Gregorius Traiectum, antiquam ciuitatem, & vicum famosum Dorfstad, cum illa inradiauit parte Fresoniæ quæ tunc temporis Christianitatis nomine censebatur. Idem vsque in ripam occidentalem fluminis, quod dicitur Lagbeki, vbi confinium erat Christianorum Fresonum ac Paganorum, cunctis diebus Pippini Regis. Lullus Maguntiam Metropolitanam ciuitatem cum maxima parte Christianorum Fresonum, qui in Parochia vrbis illius constiterunt, incoluit. Megingodus venerabilis Pater & Pastor gregis sibi commissi ciuitatem Wirzburg cum suis adjacentiis in sua sorte sale sapientiæ & doctrinæ suæ conduxit & custoduit Willibaldus Electus Dei Antistes Episcopatum quod nuncupatur in Hahstedi in parte proxima nobis Baguariorum. Idem in Nordgœ simili modo, ut pius Pater à fundamentis illud erigens meliorauit & custodiuimus: Nec non & germanus prædicti Willibaldi nomine VVinnibaldus Presbyter, Magistro meo B. Gregorio valde carus, & ipse locum & regionem suam sanctè & feliciter illustrauit, qui post obitum suum quid viuens fecerit, magis miraculis ostendit. Sturmi verò venerabilis Abbas, vnu ex numero illo Electorum Dei, quantum proficerit in Eremo sua post Martyrium S. Magistri Bocanna silua in testimonio est: quæ prius omnimodis inculta erat ac Desertum, nunc autem ab Oriente vique ad Occidentem, à septentrione usque ad Meridiem, Ecclesiis Dei & electis palmitibus Monachorum repleta est Qui etiam Sturmi Abbas hoc meruit priuilegium à Deo & S. Magistro, præ condiscipulis suis, ut ipsum locum, quem Magister sanctus elegit ad sepulturā corpori suo, possidere mereretur, & iniicare; & sanctum corpus eius martyrizatum in eodem suscipere: & in

& in tantum prouchere & glorificare eundem locum, ut ante obitum suum de hoc mundo quadringentorum circiter Monachorum, exceptis pulsantibus & aliis minoribus personis, quorum numerus multiplex erat valde in ipso Monasterio, posito iuxta fluuium Fulda, Pater extiterit & Præceptor. Duo autem ex illis Electis Dei, V Vigbertus, & Burghardus, ante Magistrum migrarunt à seculo. Sed non sunt illi absque palma electionis suæ, dum ad regna cælestia Magistrum præcedere meruerunt, & in regionibus * suis, pro sanctis Dei habentur, & coluntur, ab omnibus, qui vitam illorum & virtutem, cum Deo, nosse potuerunt. Cernis, ô Lector intelligens & diligens, quanta charismata in uno homine fuerint; & quid pauper ille, qui solitarius dudum in Fresoniæ partibus fuerat, per tempus ostensionis suæ fecerit ad fructum Ecclesiæ Dei. Non autem ipse hæc per se potuit, sed secundum Apostolum, *gratia Dei cum eoce cit haec vniuersa, & stabiliuit.* Igitur, quia paululum propter communem laudem discipulorum S. Magistri Bonifacij, a proposito itinere narrationis elapsus sum, nunc iterum ad id redeam vnde digressus sum.

Tunc B. Bonifacius Martyr futurus, libentibus religiosis Regibus, cum consensu omnis Senatus populi Francorum, missus est Romam ordinandus in Episcopatus gradum ad Gregorium Papam tertium à primo; ibique ei nomen suum modo omnibus notum & diuulgatum, simul cum benedictione & gradu Episcopatus, ob facundiam linguæ, & gratiam labiorum, à Deo sibi donatam, inditum est ab Apostolico Pontifice Bonifacius, qui antea V Vinfridi vocabulo censebatur. Sicque sanctus vir, & gradu decoratus, & nomine, coram omni clero & familia beati Petri Principis Apostolorum, & coram ipso Gregorio Papa prostrauit se, & orauit, ut propter Deum, & amorem S. Petri ibidem illico in ipsa Ecclesia, cum supplicideuotione pro se flecteret genua omnis clerus, qui præsens aderat, & vnanimiter omnes orarent Dominum, beatumque Petrum intercessorem inuitaret & auxiliatorem orationis suæ, ut bono fine & Deo placibili terminare mereretur & concludere dies suos. Qui etiam omnes, inspirante Deo, vnanimiter cum summa deuotione, inclinantes se coram reliquiis B. Petri Principis Apostolorum, compleuerunt petitionem eius, sacra oratione & Pastoris & gregis sua ad Deum. Quæ oratio cum sanctis meritis ipsius conueniens, quantum valuerit apud Deum omnipotentem, testatur sanctum Martyrium eius, peractum in diebus senectutis, etiam tunc imbecillitatis corporis sui, dum in decrepita ætate positus, viuere in hoc mundo non valeret diutius. Ecce quomodo sapiens

Fuldenſis
monasterij
celebratas.

SS. V Vig-
bertus, &
Burghar-
dus.

* Franco-
nia, & Haf-
fia.

S. Bonifacij
charisma-
ta.

1. Corinθ.
v. 15.

S. Bonifacij
ordinatio
quo modo
Roma per a-
cta
Gregorius
III in ordi-
natione
V Vinfrido
dat nomen
Bonifacij.
S. Bonifa-
cijus postcir
pro se Cleri
Romani
preces, &
intercessio-
nem S. Pe-
tri.

Oracionis
efficacia.

S.Bonifacij architectus & Electus DEI Pontifex Bonifacius , non super flu-
spes & res dam arenam humani consilij , & superbæ contumaciæ sed super
en Christo fundata. tutissimam petram diuini consilij & Apostolicæ humilitatis ,

ædificauit domum suam. Et idcirco , dum venirent flumina
humanæ aduersitatis , ac perturbationis , flarentque venti
diabolicæ temptationis , & calliditatis ; & impingerent in do-
mum eius , non potuerunt eam mouere ; quia , secundum

*Matth 7. Domini dictum , fundata erat super firmam petram , quæ petra
Sandorum erat CHRISTVS. Noster modo Intercessor, & certissimus Patronus
innocatio clare inf- nus apud DEVVM , considerauit perpendens , in quanto periculo
nus. & miseria , humana constituta sit infirmitas , non in semetipso*

posuit fiduciam suam, iuxta morem superborum partis aduersae, sed ad humilitatem Apostolicam, & filiorum Dei recurrit in largitatem diuinæ misericordiæ, & deuotam supplicationem Ecclesiæ Dei,* solidauit spem suam. Sic enim & Apostoli Christi, eorumque successores & cohæredes in regno Dei, in omni labore, & tribulatione sua, oratione Ecclesiæ Dei sine intermissione adiuti, omnia potuerunt implere, quæ eis præcepta erant à Domino.

Eia, Præsules & Prædicatores populi Dei, eodem honore, & pari
gradu in hoc seculo decorati, aspicite, & intelligite, & adsumite ex-
emplum iusti hominis; vt, cum vocati à Deo, & electi ab Ecclesia
Dei, non muneribus obcæcati, ad gradum Episcopatus, & ad regi-
men sacerdotum accesseriris, iuxta formam eius vos instigare. fru-

S. Gregorius comes Bonifacius itinero Romano. illo quoque itinere ; dum S. Martyr Bonifacius Romæ , sicut superius dictum est , sacro gradu , sublimatus est , B. Gregorius Præceptor meus , Electo Magistro infatigabilis comes permanit ; intrans , & egrediens , & pergens ad imperium eius , sicut semper solebat in omni opere bono . Et non solum in hoc eodem itinere , meritum humilitatis , & obedientiæ suæ peregit , ut dignum est iuniores subdi senioribus , & maioribus suis in omni-

*Codices sa-
cerdos ex Gr-
be & Ita-
lia expor-
sat.
Marchel-
mum &
Marcuinu-
sus pueris
Anglia S.
Gregorio
Romana
Germania
adducti.*

bus; sed etiam plura volumina sanctorum scripturarum, largiente Domino, illic acquisiuit; & secum inde ad protectum proprium, discipulorumque suorum, non modo labore, aduexit domum. Sed & pueros duos, cum consensu Magistri, in discipulatum suum Marchelnum videlicet & Marcuinum de gente Anglorum, secum inde adduxit. De quorum seniore Marchelmo religiosissimo & sancto viro, ut dignum est donante Deo, suo loco aliquid plenius dicam: Tunc felix comitatus, Magister videlicet sanctus, & discipuli eius electi, & proprijs meritis & intercessione omnis cleri ac familiae S. Petri commendati Deo, & sanctis eius, reveri sunt

domum, crescentes, & proficientes ex illo die, in omni opere bono; docentes & instruentes in via Dei, qua ipsi ibant, non solum populum & Proceres Francorum, sed etiam ipsos Reges religiosos sale sapientiae diuinæ non mediocriter condierunt. Et sic in consensu, & vnanimitate Regum, & cuncti populi, per omne regnum Francorum, cæperunt quotidie magis magisque detimenta fieri dia-
bolo, & incrementa Ecclesiæ Dei; hæreticæ prauitates non appare-
re, & Catholica fides in omnibus rutilare, ac religio munda & im-
maculata longè latèque clarescere.

S. Bonifacij
Et sociorum
post ordinatio-
nem in-
crements
religionis
in Franco-
rum regno.

Sed quia adhuc usque communiter & mixtim nunc de S. Magistro & Martyre Bonifacio, nunc de B. Gregorio electo discipulo eius, modica quæ potui ex magnis, de sancta eorum conuersatione, ob utilitatem audientium, & exemplum futurorum literis com-
mendare curaui, deinceps specialiter B. Gregorij facta, & virtutes, B. Gregorij
& salutiferæ prædicationis documenta, quibus erudiri, licet ad aqua-
indignus, & interesse merui ab infantia, paucis aperire, non ne-
gligam. Et primò, dignum & memorabile opus ab eo Euangelicè posse.
peractum, intimandum existimo, quod de remissione & indulgen-
tia inimicorum, mirabili caritate, & posteris profuturo exemplo,
impleuit. Fuerunt ei fratres nobiles, & eximij de Patre genera- B. Gregorij
ti, & de matre eius nati alij fratres, & tempore & viribus secun- fratres.
dum sæculi dignitatem minores; quibus necesse erat, in obse- Minoren-
quio esse maiorum. Factum est autem, ut aliqui ex maioribus fra- nes fratres
tribus honorati à Rege, mitterentur in longinquiora regna Gal- in Francia
liarum; illuc & subsequi, & inhærerere necesse erat iunioribus. Dum olim subdi-
verò post spatium temporis peracti, & parentes visitare placeret,
& patriam, accepta licentia à senioribus suis, duo uterini fra- ti maioren-
tres Præceptoris mei Gregorij cœperunt ire, & propositam car- nes fratres
pere viam, ut ad Franciam, id est naturale solum, peruenire po- nibus.
tuissent. Qui dum irent in via, iuuenili audacia amplius se- Ex iis duo
ri, quam oporteret, in quadam silua, latronum crudeli manu cir- uterini per-
cumdati, & occisi sunt. Quod statim tam lugubre nuntium. Do- cinctio.
minos eorum celari non potuit, qui in illis diebus principatum
non modicum ipsis in locis habuerunt. Quod, ut audierunt,
miserunt circumquaque satellites suos, qui eosdem latrones & car-
nifices exquirerent & comprehendenderent. Qui & inuenti, & com- Latronum
prehensi, & ligati statim adducti sunt. & licet digni haberentur o- supplicium
mni pæna; & crudelissima morte interfici, tamen ob reueren- in S. Gre-
tiam & amorem fratris eorum Domni Gregorij, cœgitabant, ut eum gori arbi-
aliquid in hoc consolarentur, post mortem caroru, si ipsos homici- trio ponan-
das & interfectores coru ad eius dominium & præsentia peruenire tur.

facerent ut ad satisfactionem & mitigationem doloris sui, qualis vellet morte ipse eos interfici iuberet. Quod & fecerunt; duos ex illis præsentari iubentes carnaliter duntaxat cogitantes secundum studiū sapientiam sæculi huius, quæ inimicis piè parcere non nouit. Ipsè vero, ut erat vir spiritualis, doctus à Domino Iesu Christo, & sancto Euangeliō eius; in quo didicerat scriptum.

March. 5.

Diligite inimicos vestros; benefacite his, qui oderunt vos; ut sitis filii Patris vestri qui in celis est, spiritualiter eos & grataanter suscepit; cogitans utrinque, & de sua salute sempiterna, & de fratum interfectorum absolutione: exemplique posteris profuturo, & iussit eos absoluī, & balneari, vestibus indui mundis, atque cibis refici. Tunc ad se duxit præcepit dicens. Ite in pace; & cauete, ut non ulterius tale malum perpetretis, ne deterius vobis aliquid contingat. Et iussit in pace deduci, admonens paterna caritate ut a ceteris propinquis suis cautè se custodirent. Quid nos modici & infirmi ad hæc dicturi sumus, qui nec minimi verbi læsionem absque ultione, ubi facultas suppetit, ferre valemus? Dum de perfectis talia cognoscimus, pensamus, ubi nostra infirmitas prostrata iaceat, quæ nunquam tale aliquid vel mente concepit: ut flere magis libeat, quam aliquid dicere. Forbitam obtinetur nobis veniam lacrimæ apud pium iudicem Deum, qui in meritis fiduciam habere non possumus.

Sed & hoc silentio minimè tegendum est, quod, Marchelmo venerabili viro narrante, didici, cuius superius memoriam feci. Quia post martyrium sancti Magistri, a quo per gratiam Christi, & meritum sanctitatis eius, omnes confines nationes illuminatae sunt, ipse quoque B. Gregorius a Stephano Apostolicæ sedis Præfule, & abilustri & religioso Rege Pippino suscepit auctoritatem, seminandi verbum Dei in Fresonia: in qua, primus S. Willibrordus cognomēto Archiepiscopus in conuersione gentis illius initiauit rudimenta Christianæ fidei cum discipulis suis; deinde, senescente eo in opere Dei, & stabilito Episcopatu in loco qui nuncupatur Traiectum, & alio nomine Wiltaburg, & migrante ad Dominum de hac luce, successit S. Bonifacius idem Archiepiscopus & Martyr, quem oculis meis ipse vidi candidum canitie & decrepitum senectute, plenum virtutibus & vita meritis. Quo tempore in eius discipulatu, sicut superius memoriaui, B. Gregorius præceptor meus ab ineunte ætate fuerat enutritus, cui & successit pius haeres eiusdem gentis Fresonum Pastor & Prædictor ordinatus a Domino, & a Principibus supradictis Ecclesiæ Dei. Eademque charitate, sicut & fidei firmitate, qua prædecessores sui Sanctus videlicet Willibrordus Archiepiscopus & Confessor, & Bonifacius Martyr atque Archiepiscopus, largâ &

*Iniuria-
rum per-
peccatio-
&
condona-
tio rara
bona.*

*B. Grego-
rius a Ste-
phano Pa-
pa auctori-
tatem obi-
nuit in Fre-
sonia pra-
dicandi.
S. Willi-
brordi A-
postolatus.
Episcopa-
tus Traie-
cti seu VVil-
taburg.
S. Bonifa-
cius Traie-
cti VVilli-
brordi suc-
cessor.
B. Gregg-
rius S. Boni-
f. c. success-
or.*

gā & mellifluā eruditione, populum irradiauit simul cum Chōrepi-
scopo & adiutore suo Aluberto, qui de Britannia & gente Anglo-
rum veniebat magnis vitæ meritis pollens, & eadem benevolentia
iuxta vires Domino studuit animarum lucra acquirere.

*Alubertus
S. Gregorij
Chōrepisco-
pus.*

Quod etiam & in discipulorum multiplici benedictione ditatus
est B. Gregorius, nemo dubitat à Deo ei datum fuisse, qui eiusdem
Electi viri & vitæ meritum penſare voluerit, & pretiosissimum sapi-
entia eius thesaurum inuestigare. Propterea & hoc dignum esse
memoria videtur, qualiter discipulos suos simul cum eis communi
vita conuersando, ut pater filios educarit, & dilexerit; Singulisque
tanto charitatis glutino iungeretur; vt A postolicum illud sanctum
& præclarum testimonium, non tantum ex ore proferret ad ædifi-
cationem audientium, sed opere & veritate ad imitandum cunctis
ostenderet; quod devocatione, & electione omnium gentium à B.
Petro Apostolo dictum constat. *Quomodo in omni gente, qui timet* *Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi:* Non enim ex vna qualibet
gente eius erant discipuli congregati, sed ex omnium vicinarum
nationum floribus adunati; & tanta familiaritate & mansuetudine
Iætitiaque spiritali illuminati sunt, ut luce clarius daretur agnosciri,
quia de vno patre spiritali, & de matre omnium Charitate, genera-
ti sunt & coadunati. Quidam enim eorum erant de nobili stirpe *Diversa-*
Francorum; quidam & de religiosa gente Anglorum; quidam verò *rum natio-*
& de nouella Dei plantatione diebus nostris inchoata, Fresonum *nrum disci-*
& Saxonū; quidam autem & de Baguariis, & Suquis; vel de quacun- *pulis S. Gre-*
que natione & gente misisset eos D'evs; quorum minimus ego sum *gorii.*
modicus & infirmus alumnus: quibus omnibus vnde cunque, quasi
ad vnum ouile collectis, pius Pater & Pastor Gregorius & spiritalia
nutrimenta doctrinarum & eloquiorum Dei, & corporalia alimen-
ta eadem deuotione procurauit & donauit: & ita inspiratus à Deo,
exarsit in amore & institutione discipuloru, ut nullus pene præter-
ir et dies, quo non primo mane paterna solicitudine consedens
singulis quibusque venientibus prout quisque quæsiuit, poculum
vitæ propinaret & irrigaret eloquio Dei.

*S. Iudgeri
humilias.*

Ipsorum quoque discipulorum eius plurimi tam nobiles erant, *Discipulo-*
tantoque prædicti ingenio & doctrina Dei, ut ad arcem Episcopatus *rum Pre-*
& merito vocarentur, & venirent; plurimi verò eorum, æqualiter e*ficiens.*
docti & disciplinati, & si non tanto gradu sublimati sunt, meritista-
men non erant exigui; sed scientia & charitate Dei eximij.

Operæ pretium & dignum esse videtur, ut quoquo modo valeā,
singulorum testimonia, suis in locis, & signa charitatis non abscon-
dam. Interim tamen de B. Gregorio, quæ cæperam pauca de multis,

ad profectum audientium, proferre conabor; quoniam peccatire-
us esse pertimelco, si de cognitis, & tam profuturis bonis, vel extre-
ma quadam narrare non incipiām.

Erat enim vir ille venerabilis secundum Sapientiae dictum,
qui post aurum non abiit nec sperauit in thesauris pecunia. Ideo sta-
bilita sunt bona illius in D E O , & eleemosynas eius diuulgat Eccle-
sia sanctorum. Nouerat vtique scriptum ; & opere nouerat,
& veritate, non sermone casso; quia radix est omnium malorum
cupiditas : & idcirco eam quasi immane præcipitum, & infer-
ni foueam exhorruit ; & præcauebat in omnibus. Sicut enim
cupidi pecuniarum, & auari, qui animam suam venalem ha-
bent, timent ne prodant * & perdant lucra terrena ; sic metuit
vir ille sanctus, ne forte abscondendo ea, & custodiendo perde-
ret cælestia. Et idcirco, quotiescumque auri & argenti in pote-
statem eius aliquid deuenerat, statim expendere curauit, & pau-
peribus distribuere ; vt vir Euangelicus, secundum Euangeliū
mandatum faceret, & thesaurizaret sibi thesauros in cælo ubi nec e-
rugo nec tinea demolitur & fures non effodiunt nec furantur. Et quo-
niā totam spem suam tam firmiter & expedite collocauit in
cælestibus, nihil eum nocere potuit nec inretire, quod de terre-
nis & caducis delectabile esse videbatur in mundo. O virum
venerabilem & electum, mansuetum & pium, cælestibus semper
intentum, & de caducis & terrenis minus curantem : quod &
habitu monstrabat & actu. Nullum in eo locum inuenit su-
perstitio vestium & ciborum ; non iactantia, & detractio ; sed v-
no, eodemque æquali cum cæteris vestimento, & vietū, semper
contentus erat ; Et ex hac lingua, & vitæ munditia, foris in-
notuit, quantæ puritatis dilectione cor eius interius plenum erat.
Ex simplici verò vestimentorum vsu, atque ciborum,
monstrauit exemplo auditoribus suis, quod sermone docuit ex
præceptis D E I , & sanctorum eius. Nam legerat scriptum B.
Petro Apostolo admonente non in ueste pretiosa : & Coapostolo
eius Paulo adhortante didicerat, quoniam esca & potus non est re-
gnum Dei sed iustitia, pax, gaudiumque, in Spiritu Sancto. De potu
verò eius quid dicam ? in quo ei tantum erat temperamentum,
vt vix vnquam, secundum Apostoli dictum, modico vino utere-
tur, quod non esset aqua mixtum. Et non tantum in semeti-
psò hoc adimpleuit Apostolicum dictum ; sed & omnes sibi sub-
iectos vehementer semper admonuit, vt nunquam ebrietatis ma-
lum incurrerent ; sed velut inferni foueam præcauerent atque vi-
tarent. Et de vitiorum omnium destructione, virtutumque æ-
difica-

B Grego-
rius auris
& dimitia
rum con-
tempor.
Eccles. 31.
1. Timoth.
6.
* prodigas.

Munificus
in egenos,
Massb. 6.

Terrena
in vicio
sultrisque
despicens.

1. Pet. 3.
ad Roman.
14.
Tempera-
tia potus.
1. Timoth.
5.

* Disciplina
virtutum
& vitterum.

dificatione, in sua prædicatione, propheticum illud frequenter proferre solebat. *Posuite ut euellas & destruas & disperdas, & dis-*
sipes, & adfices & plantes; volens auditores suos omnes dictum hoc intelligere, quia nunquam virtutum decor & bonorum operum ædificium surgit, nisi vitiorum labes & immunditia destruantur. Sed & Apostolicum illud gloriosum, & omnilaude dignum testimonium, propter incitamentum charitatis Dei & proximi, atque desiderium regni cælestis, frequentissimè in conclusione prædicationis suæ solebat aptare *Quod oculus non vedit nec auris audiuit*
neque in cor hominis ascendit que preparauit DEVS diligentibus se. Sciensigitur præparator pius, his duobus testimonijs, Propheticō scilicet & Apostolico, intentis auditoribus multum conferri, per charisma absconditum Spiritus Sancti, quod & Prophetam impleuit & Apostolum, & idcirco tam sedulo in cælesti prædicatione sua hoc vñus est oraculo, & hortamento virtutum.

*Clausula
concessione
B. Gregorij.
1. Corinthi.
2.*

Et quoniam superius, vno operis testimonio, quod tam religiosè vir Dei Gregorius, secundum Dominicam orationem de remissione impleuit, multa bonorum operum insignia demonstrantur, libet & illud referre, qualiter fecit in quotidiana conuersatione sua de omnibus obrectatoribus suis, qui ei aliquando derogabant pro prijs vitijs instigati; qualiter eos non quasi pro detractoribus exhorruit, & odiuit, sed quasi amicos & adiutores semper amavit, & adiit; & secundum Psalmistæ dictum *tanquam surdus eos non audiens & quasi mutus non aperiens os sum*, benignè cum eisdem conuersatus est; nihilque eis negauit, quæ amicis impendere debuit. Vnde hoc ei, nisi gratia superna largiente, præmunditia mentis egregiæ venire potuit? quod tanquam parvulus tam obliuiosus iniuriarum, tam tenax virtutum fieri valuit? Sagitta enim sermonis Domini non tantum eius corporis aures tetigit, sed etiam cordis aures veraciter penetrauit, & illuminauit: vbi in Euangeliō, parvulo ad se vocato, adhuc rudes Apostolos suos, & cum ipsis simul omne hominum genus viam regni cælorum qualiter intrare debeant admonuit, dicens. *Amen dico vobis nisi conuersti fueritis & efficiamini sicut par-*
unli non intrabitis in regnum cælorum. Hoc ergò, & cum familiari bus, & cum extraneis non semel exercuit; sed assidue, nisi ubi districtio disciplinæ, & correctionis inter subiectos aliud exigebat. Sed dum vir iste tam humilis & patiens, pro amore diuino, tam contemptibilia, & suæ personæ indigna, & ferre voluit æquanimiter & potuit, euenit hoc, quod in diebus eius penè omnibus, qui eum nouerant incognitum non erat,

*Patientia
& mansus
tudo eius
erga obre-
ctatores.
Psalm 37.*

Matth. 18.

*S. Gregorio
adversan-
tes à Deo
pununtur* non erat, quia penè omnes hi, qui tantovi ro honorem debitum im-

pendere noluerunt, vltione diuina percussi sunt, & ad cognitio-
nem sui, licet coacti & inuiti reducti: vt palam daretur intelligi scire
volentibus, quia sub diuina custodia fortiter intus protegebatur,
quamuis interdum ante oculos hominum superborum ferre vide-
retur indigna opprobria. Sed, qui hoc attendere voluerit, & imita-
ri, non medio criter ei proficiet ad introitum regni cælestis; dum o-

Acto 5.

*Eleemosy-
na S. Gre-
gorii, & ea
rum com-
mandatio.* mnes, qui eandem viam præcesserunt, talia paterentur, secundum
dictum & formam Apostolorum, qui ibant flagellati à conspectu consi-
lij gaudentes & dicentes quia per multas tribulationes oportet nos intrare
in regnum cælorum. Verum, quia inter virtutes maximas, opus ele-
mosynarum ab ipso Domino & redemptore nostro est ordinatum,
& omnes scripturæ sanctæ noui testamenti & veteris, hoc opus sa-
lutiferum laudant, & glorificant, de largiflua eleemosynarum da-
tione B. Gregorij ad memoriam posteritatis & imitationis exem-
plum, pauca sunt proferenda. Floruit enim vir ille virtutibus alijs
multis, sed maximè in Eleemosynarum sacra purificatione fuit sem-
per intentus, in tantum, vt nihil sibi auri, nihil argenti præter Ecclæ
siæ necessaria ministeria vñquam referuari voluisset. Sed & de alia
substantia sua, eadem benignitate largus habebatur & dilatatus;
pauperibusque Christi semper proficuus, & pius nihilque sibi ex
ea, excepto vistu quotidiano, & vestitu simplici voluit referuare, po-
nens spem suam totam magis in tremendi examinatione iudicij,
quam in præsenti locupletatione thesaurorum & diuitiarum mun-
di Ideoquetam facile pro amore Christi omnia largiri potuit, quæ
habebat, ex cuius ore & exemplo eadem didicerat quæ faciebat.

Lucas 11.

Quod superest vobis date eleemosynam; & ecce, omnia munda sunt vobis. Considerauit eadem fide & charitate sanctoros Patres in veteri testa-
mento à Deo donatos, eadem spe remunerationis sempiternæ, de
eleemosynarum operibus fructuosis semper fuisse sollicitos: vnde
& in Psalmo S. Propheta pro beatitudinis testimonio huius operis
deuotionem posuit dicens *Beatus, qui intelligit super egenum & paupe-
rem: in die mala liberabit eum Dominus.* Sed & alijs Propheta de
eodem opere sancto laudabiliter canit & dicit. *Sicut aqua extinguit i-
gnem, ita Eleemosyna extinguit peccatum.* Dominus quoque ipse pro
hoc opere in die tremendo, sanctos suos gratia sua & benedictione
tempiterna effert & extollit dicens. *Venite benedicti Patris mei, perci-
pite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi: quia esarui, & de-
distis mihi manducare; sitiui, & dedistis mihi bibere; nudus fui, & operni-
fisti me, &c.* Talia B. Gregorius de utroque testamento, in quibus do-
ctissimus erat, intelligendo, & penetrando præcepta & diuinam
scriptu-

Psalm. 40.

Ecclesi. 3.

Matth. 25.

scripturam, legem vertit in opera: & non auditor obliniosus factus sed ~~laetior~~
factor operis, in lege Dei semper erat. Eia milites Christi, audite & in-
telligite, & assumite exempla patris huius rectissima & præclara, ut
vobis etiam adhuc in corpore viuentibus, & intuentibus ac diligē-
tibus, ea, inde crescat gratia Dei, largiens vulnerum nostrorum re-
media, vnde illi creuerunt tantarum virtutum ornamenta.

Talibus successibus, & vita meritis beatus Abbas meus & Præ-
ceptor Gregorius, dum semper in melius crescendo proficeret, &
prope iam ad septuaginta annorum ætatem tam carus Deo, quam ^{s. Grego-}
^{vini astate} cunctis hominibus perueniret, adfuit dies, in qua militem suum ^{septuage-}
^{narium.} Dominus adhuc meliorando subuehere vellet ad sublimiora, & re-
munerationis ei præmia largiri, quæ meritis eius debebantur, & o-
peribus fructuosis. Tactus itaque est ea molestia corporali in sini-
stro latere, quam paralyxin medici vocant; & crescente eadem mo-
lestia & ingrauescente per dies singulos, secundum scripturæ testi-
monium, flagellauit Deus filium suum in hac peregrinatione, quem è ^{Peralys}
^{corripitav:} ^{Mebr. 12.} vicino erat recepturus ad patriam cælestium mansionum: tribus e-
nim annis ante obitum suum, arreptus est illa infirmitate. Sed erat ^{Triennio}
languor talis, vt in primis & ambulare posset, vel manu deduci ad
profectum proprium & subditorum suorum; & loqui, quæ ad ædifi-
cationem pertinebant. Quod vtique agere non est oblitus; sed sic
ut semper solebat, tradere, non destitit auditoribus suis libros diui-
næ legis, & monita salutis æternæ. Nam & condiscipulis, meliori-
busque meis in eadem molestia plures tradidit libros; & mihi mo-
dico Ludgero librum S. Augustini tradidit, quem Enchiridion, id
est Manuale, ipse nuncupauit.

Hæc ita agendo B. homo Gregorius, & à profectu spiritualium
successionum in ipsa ægritudine sua nunquam desinendo, auxit per ^{s. Ludger-}
^{rus his se}
^{prodit au-}
^{torem his-}
^{ius libello.} singulos dies sanæ mentis sapientia, licet imbecilli corpore, quod
sibi suisque ad ingressum regni cælestis & gaudium proficeret sem-
piternum. Tertio tandem anno inchoatæ ægritudinis, quasi auri
more, quod per ignem transit corporis fatigatione purgatus ad id
peruenit, vt vbicumque opus erat inter discipulorum manus por-
tare necesse esset. Et nec tunc quidem vir venerabilis ab opere Dei
vñquam cessauit, sed aut diuinos libros legere coram se, aut pro ea-
dem mentis suæ exercitatione, ad cælestia psalmos cantare assidue
fecit, sicque ad extrema perducto imbecilla membra corporis, quæ ^{s. Gregory}
iam tunc lecto semper sustentare necesse erat, candida facta sunt, ac ^{morbidi}
^{membra} nitida, ad instar lactis vel lanæ albæ, vt innotesceret videntibus in-
quanta munditia Spiritus intus haberetur coram oculis Dei. Tunc ^{prater solè}
^{sum ad}
^{best.} cœperunt conqueri & contristari, qui ibidem adfuerunt vtriusque

*Albricus
n pos S.
Gregorij,
Offes ma-
gna Eccle-
sia Trasell.
Pradicis
aduentum
albricus sue
sefforis.*

sexus necessarij amici, tam de eius transitu citius imminentे, quam de tardatione Elec̄ti filij eius Albrici, in quo totius domus spes magna incubuit; qui tunc temporis in Italia erat regali seruitio occupatus, & nemini notum quando esset venturus. Hęc audiens pater, Deo dilectus Gregorius, c̄apit condolere mārentibus de seipso securus, & de filio solitus, & consolatus eos c̄apit sicut frequenter sanus corpore ante solebat, inter communia colloquia, propheticum illud proferre ac dicere: Nolite timere, non transibo, inquit, antequam ipse veniat. quod quam veraciter spiritu pr̄enosceret, rei probauit euentus. Nam triduo vel quatriduo ante transitum eius, venit diu optatus & Electus filius eius Albricus inopinatē, cunctis nescientibus, excepto patre spirituali, qui eius aduentum longè ante pr̄adixit.

*B. Gregorij
transitus.*

Tunc continuos illos tres dies aut quatuor, in communi utilitate, & totius familiæ salubri negotio, dum ducerent sano sensu quæcunque desiderabant inuicem conferentes; venit ei dies extremus mortalitatis huius, ad ingressum regni & perpetuæ saluti pr̄destinatus. Circumsteterunt eum discipuli eius, desiderantes adhuc quamuis infirmum patrem diutius secum habere, & de eo optando dicere ad inuicem Non moritur hodie; non moritur hodie. Ipse verò, viribus adsumptis, quibus valuit: hodie, inquit, volo licentiam habere. Et his dictis, iuslit se ante oratorium sancti Salvatoris à discipulis portari, & ostium aperiri; ibique oratione facta, & communione sacri corporis & sanguinis Domini accepta, aspiciens ad altare, mente cælestibus intentus, ad Dominum perrexit; cui tanto tempore sincera mente seruuit: pr̄stante eodem Domino nostro I E S U C H R I S T O , qui cum Patre & Spiritu Sancto viuit & regnat Deus, per omnia saecula saeculorum, Amen.

R. P. CHRISTOPHORI BROWERI S. I. SCHOLIA AD VITAM S. GREGORII.

DE LL



DE LIBRO ET AV. CTORE VITÆ S. GRE- GORII.



I BRI indicium ante multos annos fecit Ioannes Molanus, vir de historia Ecclesiastica præclarè meritus. Et licet in Bibliotheca Ultraiectina extare monuit, inde tamen foras prodiisse, non obseruatum est. Exemplar vnicum nobis ex Fuldensis Bibliotheca naufragio superstes obuenit, peruetustum & optimæ notæ, & in quo nihil tere desiderares. Eius olim copiam feci Serario nostro, cum Moguntinis rebus illustrandis operam daret. Large itaque commentariolum hunc delibauit; & ex eo tanquam Purpuræ clausos adspersit, paginas bene multas implens libri tertij, huius vitæ parergis. Cum igitur guttatum tunc degustatio, & forte inuitatio quædam publicè facta sit, æquum est, ut ubi fontes suppetunt, ex ijs iam & plenius hauriatur, & hilarius propinetur.

Autorem huius libelli S. Ludgerum esse, idem, quem laudavi, differte scripsit Molanus. Liquet hoc tum ex verbis, quæ ad calcem antepenultius §. vitæ ponuntur; tum ex ijs scriptoribus, qui ipsius S. Ludgeri vitam litteris mandarunt. Cum enim aiunt S. Ludgerum ^{e 38.} ea, quæ in Passione S. Martyris Bonifacij de eo prætermissa nouerat, pri-mordia scilicet vitæ eius, aduentum quoque atque ordinationem pulchro sermone conscripsisse, planè opinor, primam partem huius commentarioli, in qua pro S. Ludgeri instituto, tria hæc distinctè proponuntur, ab ijs intelligi.

Ergo primigenia historia sancti Bonifacij, Passionis titulum obtinuit; atque hanc S. Ludgerus expieuit. Nam quæ circumferuntur ^{S. Bonifacij} ^{vita D.} S. Willibaldo inscriptæ, semper veritus sum, ut ne autoritatem, ^{VVillibal-} quam præscribunt, tueri possint. Dic sodes, qui conuenit hoc in fa-miliarem, in discipulum & contubernalem, profiteri se scribere ea, ^{pra.} ^{prolog. 69} quæ ab alijs acceperit; quæ ipse viderit vel notarit, meminisse nul-la? Quis in S. VVillibaldum quadrat, qui pars rei gestæ magna fuit, ^{c. 5.} nescire, quos Pontifices, quo tempore Romam Bonifacius adiisset; quo ritu & ordine Episcopus creatus esset? Nam cum ter Romam profectum narrat S. Bonifacium, primo itu priuatum

C adhuc,

ad huc salutasse commemorat Gregorium, à primo secundum, vulgo dicitum iuniorem; & rursum, itione tertia iam Archiepiscopum affirmat, iem Gregorio secundo presentatum. Cum hæc, & temporum & rerum conditioni non parum sanè repugnent, & à Gregorio III. consecratum Archiepiscopum liquido ex B. Ludgero constet. Iam, quis illud satis explicet, cum S. Bonifacius ordinationem Episcopalem, à S. Willibaldo oblatam defugiens, excusationis loco Canonis normam allegasse traditur, quia quinquagesimi anni necdum plenè aetatem receperisset; ibidemque Gregorium, à quo legationis munus indeptus erat, obiisse testetur? Rursum; quomodo in Episcopatu sedisse scribit annos XXXVI. m. vi. d. vi. si anno DCEXXIII. vel summū DCCXXII, primum Episcopus ordinatus est, & Martyrio functus anno DCCLV. Et, vbi de ordinatione Diœcesion à S. Bonifacio facta meminit, quis existimet S. Willibaldum hæc ipsum de se scribere. Duos bona industria viros ad ordinem Episcopatus promovit, VVillibaldum & Burhardum. Denique Wicelij fidem, aut cuiusque alterius merito quis appellat, cum scriptæ vitæ eam clausulam addunt, quæ parum, meo sensu, faciat fidei attestandæ. Quippe Lullum & HRabanum aetate studijsque dispare orantes inducant Magontiæ in loco, qui dicitur S. Victoris extramuros. Sed nodos hos quia eruditæ ante me attentaverunt, ne adstrinxisse potius, quam dissoluuisse videar, in medio relinquo.

Equidem vitæ S. Bonifacij in parte scriptorem B. Ludgerum, cum D. Willibaldi, ut putatur lucubratione de eodem S. Bonifacio utiliter comparari posse puto, cum in eius litis moderatione chronologiam & historiæ veritatis momenta versari cernas, & arcem totius causæ.

DE S. GREGORII ORTV, ÆTATE, INSTITVTO VITÆ, APOSTOLATV VEL EPISCOPATV.

I. **G**REGORIVS stirpe regia Francorum ex Dagoberti famiglia fuisse, colligitur probabili documento: quia auia ei Adedula, vel Adela fuit, quam Ecclesia Treuirensis tradit Dagoberti uia S. Gregorij Dagoberti regis filia. Albricus ei Pater, fratresque, ut S. Ludgerus ait, nobiles, & eximij; addo ego, & Palatini. Albricum filium sibi fuisse Adela in Testamento suo profitetur: Huius sobolem constat, regibus caram, & magnis in regno negotiis admotam: ipsum quoq; Grego-

Gregorium in Palatio à teneris educatum; quæ omnia hic affirmat
plane S. Ludgerus.

Quæris. Quæ ei Patria? nō illa quidem propriè signari potest: tam
etsi Panchartæ Traiectensium pontificum meminerint Aleman-
num genere, dicecesi Treuirensim. Sed in Austrasia & viciniore
Francia, quam vocabant, quæ nobis iam Lotharingia, ortum Gre-
gorium, ex educatione possit ostendi. Nam Palatum, vnde prodiit,
Metis fuisse, vbi tunc regia, vñus horum temporum efficit; etsi Pro-
principes & Maiores-domus motorum comitatum habuisse, non
negem. Deinde S. Ludgerus cum Gregorij fratres honoris causa à
Rege scribit è natali solo, suetoque domicilio translatos, signatè
missos addit, in longinquiora regna Galliarum. Recte meo calculo
Wilhelmus Heda in historia Episc. Traiect. natione scribit fuisse
Francum, gente Treuirum, alto procreatum sanguine. Quæ atas? *Atas.*
Annos natus xiv. vel xv. in S. Bonifacij disciplinam, spredo sacerdotio,
concessit; & cum eo in Thuringiam profectus, Apostolicæ vitæ ru-
dimenta posuit. Huic profectioni & conuersioni, si cum peritis hi-
storiarum initium dam us annum Christi D C E X V I I I , vel D C C X I X . e-
ditum in lucem constabit, anno salutis D C V . vel D C C V I . & quia
septuagenarius, Lüdgero teste, vixit, migrasse rursum, vides, anno
D C C L XX V . vel D C C L X X V I . qui fuit circiter VIII. vel IX. regni Caroli
magni.

Vbi Abbas extitit? S. Ludgerus Abbatem & Præceptorem suum. *Abbas.*
Gregorium salutat. Monasterium hoc Wiltaburgi, seu Viltraieeti,
aut Vltraieeti, frequens & illustre fuit. Deditus in eius disciplinam, *Vita c. 6. ff.
M.S. cap 4.*
Gregorio Archimandrita, puer Ludgerus; & ibidem attensus. Co-
lonia quædam extitit, vnde in omnem partem Frisiae, & circumia-
centium Insularum, deducti Christianæ fidei magistri. Monasterij
gubernatio Tetrarchis, per quatuor temporum anni vices, Alberi-
co præsule, commissa. Ex recentioribus Gerardus Nouiomagus
huius monasterij meminit, & conditorem loci perhibet S. VVilli-
brordum; qui, quo D. Thomæ Apostolitemplum à Danis Norman
nisque euersum steterat, aliud scilicet in honorem S. Martini ædifi-
candum curarit, & centum cœnobitas integræ vitæ, vt diuino cul-
tui insisterent assidui, congregarit. Eius narrationem illustrat Mar-
cellinus in S. Svviberto, si personam tamen ille suam tuetur; VVil-
helmus Heda & Horcensis; qui, Radbodo rege à Pipino in Frisiā
exturbato, Collegium, an Monasterium in eo loco institutum ait,
vbi paulo ante Thomæ facillum incendio absumptum Barbari de-
moliti fuerant. Magni Chronicī Belgici conditor, ademolliendam
forte Asceticæ vitæ duritiem, Canonicorum cœnobitalium Eccle-
*M.S. Vita
S. Ludgeri
cap 10. edis-
tat. 9.
Catalogo
Episc. VI-
traiect in
VVillibror-
do. Addit
magnum
Chron.
Belg.
Sur Toma.
2. vita lib.
1. c. 13. His.
Vlraiegi.*

siam hanc dicere maluit; secutus opinor in eo VVilhelnum Hedā.

*Episcopus
vel Anti-
tes secundi
ordinis.
Gerard No-
suomagus
Lambert.
Hortensius
civatis.*

An S. Gregorius unquam fuerit Episcopus ordinatus? Attigit hoc E-
rotēma in Moguntiacis Serarius noster non vno loco. In extrema
abeunt, qui Ecclesiæ Ultraiectinæ Indigitamenta tradiderunt nu-
peri homines, quæis à Bonifacio Gregorius non solum in Episco-
pum ordinatus, sed ad Moguntinensem Ecclesiam regendam le-
tus fuisse dicitur. Vitâ, quæ iam est in manibus: Fresonum Pastor &
Prædicator ordinatus à Domino & à Principib⁹ successisse fertur S. Boni-
facio. Principes item exprimuntur, Stephanus Papa, & Pipinus Rex.
Vnde, & tempus Apostolatus S. Gregorij obiter colligi potest, Ste-
phanus enim recens ab electione sua circa DCC LIV. annum opis
causa in Galliam ad Pipinum venit, nec biennio plus, inde super-
fuit. Cæterum Othlonus, distinctione Serariana cap. XLV. vitæ S.
Bonifacij, vbi enumerat, quos passim Episcopos in Germania Boni-
facius instituerit, disertis verbis *Gregorium ad Trierch Episcopali ordi-
ne consecratum, narrat, ab eo directum.* Quæ verba non video, quomo-
do saniorem in partem accipias. Res liquida est, Episcopum Grego-
rium nunquam consecratum; sed ordinis secundi antistitem; gradu
que Presbyterum & Abbatem, Apostolatum & diœcesin amplissi-
mam habuisse. Id manifestè cum B. Lullo & Hucbaldo in vita S. Le-
buini, docent acta S. Ludgeri *Gregorius non erat ad gradum Episcopale*
ordinatus, sed Presbyter Pontificali cathedra p̄fsidebat. Et M. S. Fulden-
sis. *Presbyter Episcopi vice p̄aeerat.* Rursum *Presbyter Episcopalem tenuer-
at sedem.* Quin ex Chorepiscopi seu suffraganei Aluberti opera ad-
hibita, & studiosè quæsita, id manifestius euadit. Hunc enim ex An-
glia ad se venientem Episcopum creandum curauit, vt is sibi & Ultra-
iectinæ Ecclesiæ in pontificali functione operam daret. Id quod v-
triusq; & Gregorij & Lüdgeri vita commeminit.

*B. Grego-
rius non
fuit ordina-
sus Episco-
pus.
Epist. 45.
etr.
87. edid.
Sav.
ap. 4. 15. 3.
alubertus
suffraga-
neus seu
Chorepiso-
pus S. Gre-
gorij.*

Pagina 2. Post tredecim annos in Fresonia Prædicationis. Ex S. Ludge-
ri sententia tredecim annos exegisse S. Bonifacium in Frisię & Bata-
vię populis erudiendis, antequā in Thuringiam Hassiamq; perueni-
ret, statuamus oportet. Cæperit itaque peregrinari ex Serarij nostri
sententia, anno DCC IV. Romaire ad prædicandi auctoritatē à Gre-
gorio II. obtinēdam anno DCC XVIII. inde redire in Franciā; nutuq;
& approbatione Principum, in Thuringia, & alibi, rem Christianā
gerere, nihil admodum in Chronologia occurret, quod seriem nar-
rationis moretur. De tredecim etiam annis Fresoniæ prædicationis
testis laudatur Marcellinus in vita S. Sviberti.

*Almari
Aelmare.
Tom. anti-
quit. lett. 4.*

Ibidem. In Australi parte Laci Almari. Facilius huius laci vestigia;
quam reliquaria circa lacum stativa, persequaris. S. VVillibaldus
in descriptione Martyrij S. Bonifacij fretum Aelmare nominat, q
vltra

Ultra Martyris cæsi pignus relatum Traiectum, ita ut lacus hic, vel fretum, inter huius ætatis Hollandiam & Frisiam medium extiterit versus meridiem. Nominis & loci lineamenta retinet celebris iam Hollandiæ ciuitas Alcmaria, de qua oportunè ad præsentem locū illustrādum in Miscellaneis suis Petrus Nannius. Alcmariam enim sitam eo loco, quo olim ex Frisia solum in Hollandiam patebat aditus. Quippe Frisiam reliquam, præterquam, ubi Alcmariæ adhæret, aut æstuaria Oceani, aut Rhenus diuidebat, cuius etiamnum ibi Alueus, sed siccus monstrari solet, Alcmariam (Ælmere) vero dictam putat, quod omnino mare, quia ingentibus vnde cunctis lacubus, & stagnis cingeretur, vel quasi ad maria, quod non procul esset ab Oceano. Solum id S. Willibrordi memoria tanquam Apostoli sacram, docent ex monumento Cœnobij & pagi Heiloenensis, qui proximo lapide Alcmaria abest. Vbi Sanctus supernè monstrato loco, puteum effoderit, vberima dulcis aquæ vena scaturientem, & à sancta Fide pagum nomen inuenisse, tradunt. Secundo lapide Egmonda distat, celebris oralittorali & portu, in quem Angli & claves Danorum, omnium consensu, sapienter appulsa sint; & qua regio- ne loci S. Willibrordus eiusque successores in gentem ὥμογλωτου promptius & facilius Christianam fidem disseminarint.

VVyrda, Attingohem, Felisa. Tres stationes S. Bonifacij. Gnarum huius tractus maritimis hominibus, quantas clades locorumq; vicis studines pelagi fluctus & tempestates hisce regionib. inuehant; cum non pagi viciq; tantum, sed firmissimè manufactæ oppositæq; fluctibus moles Oceani sanguinæ subiaceant. Hinc multa loca, q; olim extabant, iam vel mari æquata, vel salo obruta iacent; multi amnes fluijq; amissio curfu cum alueis suis velut exaruerunt; alij cum ostijs angustioribus evoluerentur, tandem ob æstum marinum laxato si- nu, sic se retro diffudere, ut pelagi instar restagnantes, oppida & amnes una traxerint & inuoluerint. Et hic tu vetera S. Bonifacij statua cōmonstres? *VVyrda*] quod iam vulgo, *VVorda*, affinitatem tamen habet, cum oppido Wordeno Ultraiectinæ diœcesis, quod, ut hic describitur, in ripa veteris Rheni sitū est. *Palatiolum*] Sēpe de hoc ex professo nobis ætum in Annalium Treuericorum libris. Oppidulum iam est primo ab Metropoli lapide in septentrione, olim pars veteris Coloniæ, areæ Principis, & Collegiali Ecclesia Canonorum, quæ Virginum Parthenoni successit, visendum.

Pag. 6. De quibus locis est unus in Thuringia nomine Erpesford, & aliis in Hassia Frideslar. Hæc loca celebriora sunt, in quibus S. Bonifacius, seu signo sublato Euangelij lucem Thuringis & Hassia intulit. Excoli capisse ab illo, Caroli Martelli ætate, hic clare

e. 10. Vita S.
Bonifacij
e. ad Epis.
Stolas S. Boni
wif
eadem edi-
tione Mog.
e. xii. Sbt
Ælmere.
Alcmaria
ciuitas.
Lsb. 10. 4. 2.

Heilo sanc-
tæ fidei
Cœnobium
e. pagus.
Egmonda.
Portus An-
glorum e.
Danorum.
Idem Cor-
nel. Aurel.
lib. 2. Bata-
nia.

Oceani Sis
in abolitio-
ne locorum
habitate-
rum.

VVyrda
vel VVor-
da
Gerard.
Noniomag.
in histor.
Batanoriæ.
VVorda
Ioannis Pi-
fforis narrat
le solum.
Cornel. An-
rel lib. 4.
3. Batania
sue
Palatiolum.
Erpesford.
Frideslar.

clarè Ludgerus affirmat: & quia opulentias, & neophytorum Christianorum liberalitatis, meminit, aitque modicata loca, territoria que à fidelibus suscepisse, in quibus Ecclesias construerent, hac per annos plures regni Martelli acta continues licet; nimirum ab anno DCC. XXIII. initi Episcopatus, usq; ad Principis mortem, qui in XLI. supra DCC.

*Lob. 2. Orth.
toni c. 2 di-
stincte. Mog.
Et tom. 4
antiq. lett.
Tres sedes.
Episcopatu-
s. Bo-
nifacio prò-
mum insi-
tuta.
Mogus
moxata.
Thuringie
fatuus.
Mogus-
eiac. vorum
lib. 3. No-
tate 22.
VVillibaldo
Cite
S. Bonifaci
c. 8 tone. 4.
antiq. test.*

incidit. Illæ igitur Bonifacij curæ, quas tandem, Zacharia Pontifice, explicauit, dudum ei sederant, cum iam tum decesset, tres illæ erigere sedes; unam, ut loquitur, in Castello, quod dicitur VVircebburg; alteram in oppido, quod nominatur Buriburg (puta haud procul Frideshla-ria:) Tertiam in loco, qui dicunt Erpesfurt, qui fuit iam olim urbs Paganorum. De hisce porro locis, albinos, & alij copiose: & in conspectu & luce omnium posita sunt. Vno verbo, Thuringiæ statum attingo, quem ex VVillibaldo noster etiam expressit in suis Maguntiacis Se- rarius. Populus hic à Francorum usque imperio plurimum Christianus; postea Francici nominis inuidia, & pristinæ libertatis desiderio, cum à potentioribus opprimitur, nec limiti, cui Saxones op- positi, hostes æterni tuendo pareret, his subiacere, quam Dynastis patriæ suæ tyrannis maluit. Ergo, ut sit, cum nouis Dominis religio vetus pectoribus excessit; & ut hic S. Ludgerus meminit, utriusque & vitæ sustentandæ, & religionis inferendæ orthodoxæ, inimici præsertim hominis dole zizanijs vitiata messe, labor ingens ex- titit.

Pagin. 8. B. Gregorius Traiectum antiquam ciuitatem & vicum famo- sum Dorstad irradiauit. Multi sunt in horum locorum originibus Batauiæ scriptores. Quid autem antiquius & illustrius Beda? Pippinus donauit VVillibrordo locum cathedra Episcopalis in Castello suo illustri, quod antiquo gentis illius vocabulo VViltaburg, id est oppidum VViltorum, lingua autem Gallica (Trecht) Traiectum vocatur. Memini me lege- re, verba sunt Gerardi Nouiomagi, in duobus libris scriptum VViltra- ieclum & Vultraiectum, nempe à VViltorum, aut Vultorum gente.

*Histor. Ba-
sie an-
glat. lib. 5.
o 82.*

Dorstad. Recentiores Dorestadum Batauodurum vetus interpre- tantur. Cornelius Aurelius, ciuitatem maximam fuisse, & quinquaginta duabus Ecclesiis, ante Danorum seu Nortmannorum incur- giones narrat extitisse celeberrimam, quod accepisse ex S. Sviberti vita suspicor, cuius autor, in magno vico Durstat ait à S. VVilli- brordo & Sviberto totidem dedicatas ibi parochias.

Pag. 8. Lagbeki, flumen fuit & limes Christianorum Fresonum, qui Francis Parebani, & Paganorum, qui sub suo duce vel rege; ut fuit Racbodus. Periti harum regionum sciunt, Dorestatum situm ad Rheni ripam, ubi Lecca è veteri Rheno profluit. Ergo S. Ludge- rus hic, quid aliud quam Leccam notat? Beech enim vel Bach

Teuto-

*Doresta-
dum vulgo
vrix. Xu
Dorestadum.
Leccam.
Rhenspare.*

Teutonicis flumen, prænomen Leccā vel Laggam admittit. Ut cō-

positiones sunt in Lecmōda, Lecberga huic flumini cognatis locis.

*Lullus Legingodus, * VVillibaldus, &c. De discipulis S. Bonifacij &*

synergis ipsa illorum acta. & in Mogunt.lib. III. Notat. xxiv.

* al. Me-
gingoz. us
& Megin-
garden.

Pag. 9.

ORDINATIO S. BONIFACII.

DE hac ex professo S. Ludgerum scripsisse testantur autores i-
psius vitæ Monachi Werdenenses. Ceterū cum ordinatio hæc ^{c. 31.}
bipartita fuerit, nempe incertæ certæque sedis, quæstio non leuis
exurgit, quo hæc tam celebris ordinatio à Gregorio III. Ludgero te-
ste facta pertineat. Ex Willibaldo & ipsius Hypophetæ Othlono,
pro explorato tradunt, Episcopum primo creatum S. Bonifacium
a Gregorio II. Martello principe, sub annum Christi D C C X X I I I . Fa-
tentur eundem deinde à Gregorio III. factum Episcopum vel Ar-
chiepiscopum, sed ^{exp. 3 tam.}
^{4. antiqu.}
^{lect.}
^{Othlon. l. 1.}
^{c. 18. edit.}
^{Mog Se-}
^{rari.}
^{1. Mog No-}
^{tat s. 4.}
quorsum posterior ei hæc tribuitur ordinatio? Et S. Ludgerus diser-
tè nominat Gregorium Papam tertium à primo ordinatorem eius,
sub quo & nomen eius mutatum, & pro Winfrid Bonifacius appellatus sit. Ita, vt qui S. Ludgeri, probabilis sane fidei historiam ample-
ctatur, ordinationem primam incertæ sedis Gregorio III. potius
quam II. nominis eius, haud perperam adscribat.

Pag. 8. *Maguntia Metropolitana Ecclesia ei daretur à Regibus. Cete-* ^{S Bonifa-}
rum, quæ hic prolepsi, & anticipato à S. Ludgero narrata sunt, de ^{cibus quan-}
Moguntinensis cathedræ fastigio, ei à regibus populoque Franco- ^{do Magon-}
rum delato, certam habent temporis lucem, vnde appareat Mogū- ^{tia factus}
tinæ sedis administrationem ei posterius contigisse. Nam, Martel- ^{Archiepi-}
lo iam vita functo, religiosis piisque regibus liberis eius Carlmanno & ^{scopus.}
Pippinno tranquillus, ait, obtigisse regnum, & pacis huius benefi-
cio, faciliores Sanctum, eiusque discipulos, ad Palatium habuisse
aditus: Itaque Procerum & regum sibi demeruisse animos, omnes
vt uno ore Bonifacium pronunciarent dignum Episcopatu, scilicet
certo, Remis, Treueris, Maguntiæ ei assignando; nam de his sedibus
potissimum agebatur: sed enim obstitisse, nimirum adulatores, &
Pseudodoctores, &, vt verbo dicam, improbae vitæ Episcopos & cle-
ricos. Porro hinc commemorat S. Ludgerus ventum ad publicum
certamen, in quo præsentibus regibus & senatu Francorum, vietiis
aduersarijs, Moguntinus Archiepiscopatus adiudicatus S. Bonifa-
cio. Quam narratione de synodo accipio, qua Clemens & Adalber ^{Orthonus}
tus heretici damnati, & Gevilicibus Moguntinus depositus. Cuius ^{lib. 2. vite}
synodi annum, siue Mogutiæ siue alibi celebrata sit, et si Serarius no- ^{S. Bonifacij}
D ^{c. 8. edit.}
ster affi- ^{Mog.}

*Epistol. S.
Bonifacij
48.
Serar re
rum Mog.
lib. 3. norat.
31 & 54.
cap. 3.
Annales
Pithœani.
Marchel-
mno.
cap. II.
cap. 6.*

ster affigat Christi DCCXLV. ego tamen, cur retrahi malim ad DCC
XLII. causam in Antiquit. Fuld. lib. 1. aperui. Et designatum coopta-
tumque fuisse prius, inde à Zacharia confirmatum inter ual lo tem-
poris, quid obstat? Sed hæc res pendet à Carolomanni regis abdica-
tione, quæ si differatur iuxta quosdam, in annum DCCXLVII, facilis
erit sententiarum conciliatio.

Pag. 10. *Marchelmum & Marcuinum pueros.* an, vt qui essent à serui-
tijs, an ab ætate? Marchel mus in vita S. Ludgeri proditur olim fuisse
discipulus S. VVillibrordi; inde dicitur custos extitisse Traiectensis Ec-
clesie, Vir mira sanctitatis. M. S. Fuld. salutat Danei comitem, & coopera-
torem verbi Dei, seruum Domini Marchelmum; & ipsum ex Anglorum
genera à S. VVillibrordo à pueritia enutritum.

*Albricus
nepos S.
Gregorij &
Ultraiecten
sis Episco-
pus.
cap. 8 c. 9.
In Chron.
mag Belg.*

Pag. 8. *Albricus in quo spes totius domus.* Hic vtiq; ex stirpe S. Grego-
rij, cui nomē splendoremq; retulit; ex aliquo fratrū ipsius Gregorij
originē trahens. Nepos. n. in vita S. Ludgeri celebratur, & successor
Gregorij. Vnde nescio, qd scriptorib. gestorū Ecclesiæ Traiectensis E-
piscoporū in mentē venerit, quādo in vtroq; falsi, Albericū ex An-
glia oriundū, & dicecessis extitisse Boracenlis, tradiderūt Ludgero
ipse quidē magnorū operū autor fuit; nec degener à S. Gregorij in-
stitutis, in propaganda apud Saxones & Frisios, Christi religione.

Ibidē In Italia regali seruitio occupatus. S. Gregorius demigrasse colle-
gimus anno DCELXXV. qd septuagenarius hic obiisse traditur. Idē
confirmatur ex hac Albrici peregrinatione, quem probabile est,
interfuisse anno DCLXXIV. expeditioni Longobardicæ, qua Desi-
derius rex subactus; rediisse sequenti anno, vt secundum Gregorij
vaticinium, moriendo adesset.

*Lambert.
Hortens.
lib. 1 Ultra-
iect. His.
Ultraiecten-
sis Ecclesiæ
Opulentia.
45 inter
Epist. 8 Bo.
in facij.
B Grego-
rius potens.
etiam se-
cundum sa-
culum.
Matt. 26.
Secularis
potentia in
Episcopis
bonis & sas.*

Regali seruitio. Emphaticū est: & ad iura clientelaria adposita vox.
Quid ni? Magnus. n. Carolus dona Traiectensi sedi recens magnifi-
ca contulerat, & quo tutius habitaret, Regiam siue palatum cum
vestigialib. Episcopo, Gregorio an Albrico attribuerat. Opes has fu-
sse magnas, Epistola S. Lulli testatur, cum Gregorius hortatur, vt in
hac temporali potestate & terrestri ditione, qua, autore Deo, tū utebatur, Do-
minicæ sententia semper memor ageret. Regnum meum non est de hoc mundo.
Addit, & illi fuisse tumultuosam ministrorū multitudinē, eamq; nec ar-
tis militaris expertem. hoc porro negotium iniisse Sanctum occasione
lacrinarum animarum, & pro studio multiplicius seruendi Deo. Sed &
cautelam non tam Gregorio, quam nostri æui ambidextris Præsuli-
bus subiicit necessariā, cum obstrepentis seruitij molestiam à clan-
destinis diuinarum scripturarum eloquijs iubet expelli, vitariq; sæ-
cularis vita foueam, in qua plurimos miserabili ruina cernantante

ante se quotidie corruere:

RERVM MEMORA-

BILIVM IN COMMEMORA-
TIONE B. BONIFACII ET GREGO-

RII INDEX.

A.

A ddula filia Dagoberti Regis. 20. Aulia S. Gregorij. 3. 20. suscipit S. Bonifacium.	3.
Æmulatorum ingenia.	7.
Aemuli S. Bonifacij. 6. 7. confunduntur.	25.
Albdricus B. Gregorii Pater.	3.
Albdricus B. Gregorii Nephos. 5. Imitator. 26. 18. Episcopus Ultraiectensis.	ibidem.
Alcmaria ciuitas.	23.
Alubertus S. Gregorij Chor episcopus.	13.
Attinoghem.	2. 23.

B.

B Occana sylua nutrix Monachorum splena Ecclesiarum.	8.
S. Bonifacius, 25. Magister S. Gregorij Abbatis. 2. quādiu in Fresonia. 2. venit Treveros. 3. serè quotidie Missam celebrat. 3. Conuerit B. Gregorium adolescentem. 4. Venit in Thuringiam. 5. Innotescit fama virtutis Carolo Martello. 6. In Hafisia & Thuringia suscipit territoria: Ecclesiæ constituit. 6. & malos vincit. 7. designatur Archiepiscopus Magontie. 8. Quando, & à quo ordinatus Episcopus. 25. 9. quando Magontia factus Archiepiscopus. 25. quanto honore adfecerit Papam. 9. perit precescleri, & B. Petri.	9.
S. Bonifacii in Franciam aduentus, quando, & vnde. 2. apud Reges gratia. 7. 25. charismata. 9. cura pastoralis 5. celebritas 5. 6. 8. Vita apostolica. 1. labores. 5. Bonifacij & sociorum in Thuringia egestas. 5. successus, & incrementum Religionis in Francia. 11. Eius stationes tres in Fresonia. 2. 23. 24. sepulchrum Fuldae.	8.
S. Burghardus.	9.

C.

C arlmanni & Pippini Regnum felix.	7.
Caroli Magni in Ecclesiam Ultraiectensem magnificencia.	26.

D.

D eus compensat merita.	13.
Desiderius Rex Longobardia.	26.
Discipulorum S. Bonifacij enumeratio, & laus.	8.
Dorfstad 8. quanta olim ciuitas.	24.
Discipulorum B. Gregorii, cum Magistro conuictus: profectus, excellens.	13.

E.

E brietas velut inferni fovea vitanda.	14.
Ecclesiæ initia, & incrementa in Thuringia.	6.
Egmonda.	23.
Erpesford, nunc Erfortum, Metropolis Thuringiae.	6. 23.

F.

F elicia.	2.
Fresonia 2. Ex parte Christiana ex parte Pagana.	3.
Frideslar. 5. 23. Ecclesiæ Frideslariensis initia à S. Bonifacio.	6.
Fuldensis Monasterii celebritas. 9. ibidem sepulchrum S. Bonifacii.	8.

G.

- G**embertus discipulus S. Bonifacii. 2.
B. Gregorius, diuinarum contemptor, munificus in egenos. 14. 16. est stirpe Francus. 2. Col-
 lumna Ecclesia, prædicator Fresonum. 2. 12. **S.** Ludgeri præceptor. 2. 10. Legit ad Mensam
 coram S. Bonifacio, &c. 3. 4. Est consors laborum S. Bonifacii & secundus Thuringiæ pastor.
 5. Apostolus Traiecti, Dorstadi, 8. Comes S. Bonifacio in itinere Romano. 10. potens secun-
 dum seculum. 26. successor S. Bonifacii. 12. Septuagenarius paralysi corripitur; & triennio
 laborans, officio fungitur. 17. an B. Gregorius fuerit inquam Episcopus. 22. d. Vbi Abbas.
 21. prophetat 18. à Stephano Papa, auctoritatem in Fresonia prædicandi obtinet. 12.
B. Gregorii genus. 20. Patria. 21. 20. vocatio, feruor, ab auia victoria. 4. obedientia 10. patien-
 tia, 15. erga discipulos pietas, & asiduitas. 13. prefectus. 7. 11. charitas in Latrones fratrum
 suorum, &c. 11. 12. Gregorio aduersantes puniuntur diuinitus. 16. concionum B. Gregorii
 clausula. 15. Membra B. Gregorii præter modum albent. 17. moritur. 18.

H.

- H**afsi & Thuringiæ territoria S. Bonifacio offerunt. 6.
Heilo. 23.

- I**n iuriarum perpetrio, & condonatio rara, bona. 12.
In iuocatio Sanctorum tempore S. Bonifacii. 9. 10.

- L**agbeck flumen 8. unde dicatur. 24.
Lectio ad Mensam. 3.

- S.** Lullus Archiepiscopus Moguntinus. 8.
S. Ludgeri humilitas. 13.

- M**agontia Metropolitana Ecclesia. 8. adiudicatur S. Bonifacio. 25.
 Marchelmuſus discipulus S. Villibordi. 26.

- M**archelmuſus, & Marciuinus pueri Angli, à S. Gregorio, Roma in Germaniam abducti, 10.
 Megingodus. 8. alias Megingoſus. 25.

- M**inorennes fratres olim in regno Franciæ subditi Maiorenibus. 11.

O.

- O**ceani vis in abolitione locorum habitatorum. 23.
 Operum bonorum valor. 16.

- P**alatiolum. 3. 23.
 Patribus spiritualibus quantum deferendum, 1. Eorum monita profunt ad salutem. 2.

- P**otentia spiritualis, bonus viſus in Episcopis. 26.

- P**ecuniarum amor obest anima. 14.

- Q**Verela B. Ludgeri contra inertes pastores. 6.

- S.** Sturmi Abbas Fuldensis. 8.

T.

- T**huringia status, quem inuenit S. Bonifacius. 5. 24.
 Traiectum ciuitas antiqua. 8. 24. Traiecti Episcopatus. 12.

V.

- V**itæ asperitas in adnunciando Euangeliō. 5.
 Ultraiectensis Ecclesia opulentia. 26.

- S.** VVigbertus. 9.
 VVillibaldus Episcopus Hebstedi, & Nordgoë, clarus post mortem miraculis. 8. S. VVillibaldus germanus VVinibaldi. 8. S. VVillibaldo adscripta S. Bonifacii vita. 19. Eius opinionis
 censara. 20.

- V**Vyrsa. 2. 23. S. VVillibordi apostolatus. 12..